

Petrus de Vinea

*Ep. VI 22 (Cum post
sedatos iam fluctus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 22 (Cum post
sedatos iam fluctus...)*

1220-1266

Concessio officii capitaniae et iustitiaratus.

1. Cum post sedatos iam fluctus bellicae tempestatis, cuius inter nos hactenus aura contraria cultum pacis et fructum iustitiae peruertebat, precipua nos cura sollicitet, qualiter circa bonum statum regionis ipsius sub umbra nostri dominii tranquillitatis et plenae securitatis, bona profutura succedant, ecce... de..., familiarem nostrum dilectum, de cuius prudentia et legalitate confisi confidimus ab experto, capitaneum et iustitiarum ipsarum partium duximus statuendum. 2. Quocirca fidelitati uestrae precipiendo mandamus, quatenus de omnibus et singulis, quae ad ipsius capitaniae et iustitiaratus officium spectare noscuntur, ei de cetero ad honorem et fidelitatem nostram parere et intendere studeatis, tamquam capitaneo et iustitiaro ipsarum partium; per nostram, et cetera. 3. Datum, et cetera.